

PRÆNOTIONES  
 CONTRA  
 DOGMATISTAS  
 CRASSIORES  
 QUI SVNT EX NATVRA-  
 LISTARVM NVMERO  
 CVSTODIENDÆ.

PRÆNOTIO I.

**Q**Vos hætenus contemplati sumus qua-  
 tuor classium adversarios, Anti-Do-  
 gmatici, si omnia expendamus, fuere  
 omnes, et si ultimam classem cum primis eo,  
 mitiori quippe, agnomento appellaverimus;  
 nam & Anti-Scripturarii, & Indifferentistæ,  
 imo & Irreligionarii, Vniversarii ac Deistæ,  
 denique & ipsi Athei, ita suas res instituunt,  
 non ut certam aliquam doctrinam stabilire  
 possint, sed ut subruant salutares doctrinas  
 omnes, ac incendio universali destruant, id  
 enim multo sibi facilius fore, quam aliorum  
 stabiliationem dogmatum, experti pervident.  
 Nihil.